



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

**Parisiis, 1644**

III. Vt episcopus in ordinatione clericorum commodum nullum accipiat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15324**

III.

Placuit, vt de ordinationibus clericorum episcopi munera nulla suscipiant, sed, sicut scriptum est, quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent. Et non aliquo precio gratia Dei & impositio manuum venumdetur: quia<sup>h</sup> antiqua definitio patrum ita de ecclesiasticis ordinationibus statuit, dicens: Anathema sit danti, & accipienti. Propter ea, quia aliquanti multis sceleribus\* obruti, sancto altario indigne ministrantes, non hoc testimonio bonorum actuum, sed profusione munerum obtinent: oportet ergo non per gratiam munerum, sed per diligentem prius discussionem, deinde per multorum testimonium, clericos ordinare.

IV.

Placuit, vt modicum balsami, quod benedictum pro baptismi sacramento per ecclesias datur,  
<sup>\* singulis</sup> quia<sup>\*</sup> singuli tremisses pro ipso exigi solent, nihil ulterius exigatur: ne forte quod pro salute animarum per invocationem sancti Spiritus consecratur, sicut Simon magus donum Dei pecunia<sup>\*</sup> emere, ita nos venumdare damnabiliter videamur.

V.

Placuit, vt quotiens ab aliquo fidelium ad consecrandas ecclesias episcopi inuitantur, non quasi ex debito munus aliquod a fundatore requirant;  
<sup>\* sed ipse fundator</sup> \* sed si ipsis quidem aliquid ex suo voto obtulerint, non respuatur. Si vero aut paupertas illum, aut necessitas retinet, nihil exigatur ab illo. Hoc tantum vnuſquisque episcoporum meminerit ut non prius dedicet<sup>\*</sup> ecclesiam aut basilicam, nisi antea dotem

Ooooo iij

t. qu. t. Pla-  
cuit, vt nul-  
lus.  
Materia  
chrifmatis  
est balfamū  
cum oleo.  
Ita Grego-  
rius papa  
exponens  
illud Can-  
tici: Botrus  
Cypri.  
Ad. 8.